



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

49. De infirmo quodam, qui multis hæreticis ipsum alloquentibus, solius  
pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

326 COLLATION. SACRAR.  
tus, metuebat ne quid atrocius in ipsam moliretur. Igne porro iam accenso, ille protinus vniuersos suos istius nocentissimæ farinæ libros collegit, in ignem coniecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reuersus est.

*Pueri quidam contemptis & omisis ceremoniis sacri baptismi baptizati, in morbum incidunt, quibus ceremoniis postmodum adhibitis conualescunt.*

CAP. XLVIII.

**P**rope Delphos contigit pueros quosdam in pagis baptizari, sed spretis & omisis à baptizante ceremoniis Catholicæ Ecclesiæ. Pueri isti postea omnes morbo correpti sunt: Parentes puerorum videntes vltionem diuinam, rogarunt pastorem quendam Catholicum Delphis tunc agentem, vt ceremonias, quas sciebant antiquitus ritu Catholico adhibitas, nunc verò omissas, supplere non graueretur. Quo peracto, mox omnes illi pueri languentes & infirmi conualescunt. Id nobis narrauit quidam S. Theol. Licentiatuſ, vir doctrina & integritate vitæ commendatissimus, qui ex ore ipsius pastoris Catholici rem hanc, vt gesta, est cognouit.

*De infirmo quodam, qui multis hereticis ipsum alloquenibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.*

CAP. XLIX.

**I**dem pastor Catholicus vocatus ad quendam

dam ægrotum, inuenit istic congregatos complures hæreticos, rogatur vt ægrotum suo colloquio recreet & consoletur. Ille ad decumbentem propius accedens, monet vt in fide ac religione parætum & maiorum suorum constanter perseueret, ab ea non desleat, sed in eius confessione moriatur, serioque proponat, si per Dei gratiam consque conualeseat, Catholico ritu peccatorum suorum exomologesin facere. Paulò post infirmus non nihil releuatus, & ad se reuersus, rogat, quisnam ex omnibus circumstantibus ille sit, qui eiusmodi verba ad se locutus esset: solam enim illius vocem & verba se intellexisse, cæterorum vero neminem, quid vellent vel dicerent, capere potuisse.

*De puero, qui à patre Caluiniano ad præconem Calvinistam vt baptizaretur delatus, repentiè mortuus apparuit, relictusque ad puerperam Catholicam miraculosè reuixit.*

## CAP. L.

D. Valterus N. Canonicus nuper Antuerpiensis, modò autem, post cleri & Catholicorum profligationem, in Collegio Tungrensi Canonicus existens, testis oculatus narrauit, mulierem quandam Catholicam eamque coniugatam, partu prolem enixam esse, quem cum illa Catholico ritu, maritus vero hæreticus nouo illorum hominum schemate baptizari vellet, maritum vxore puerpera dor-

M m 5 micn-